

2611

CODICES

2612

XI. fol. 251. *Incipit tractatus de corpore christi domini bonauenture. Ad honorem gloriose ac indiuidue trinitatis. Et ad honorem excellentissimi sacramenti &c. Extat sub titulo: De Praeparatione ad missam, in Capita XIV. diuisus T. VII. Operum Lugd. 1668. p. 66. f.*

## DCLXXXIII.

574 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 162. 4. nitide perscriptus et quondam *Magistri J. friesbamer Canonici Ratisponen.* continet, quae sequuntur. I. *Tractatus magistri Johannis de franckfordia de Contractibus in venditione et empicione. Initium: Vt in foro anime ubi spectator est deus, salubrius valeas consulere, queris a me, quomodo debeas hominem expedire in casibus contractuum &c.* XVI. *Conclusionibus practicis definitur Consilium, e quibus variarum Rerum pretia illo aevo in Palatinatu obtinentia discuntur. Doctorem nostrum, de quo jam alias nobis mentio, non pertinere ad eos, quos hodie Laxos adpellant, ex eo conicias, quod fol. 2. p. 1. legitur: Si homo ex proposito abstraheret vnum granum tritici uel vnā guttam vini quando bene crederet quod esset iusta mensura, et sic defraudaret proximum suum scienter, ille peccaret &c. Subscriptio: Explicit tractatus de contractibus scilicet de empicione et venditione traditus per Magistrum Johannem (de Diepurgo) de franckfordia sacre theologie*

*doctorem compilatus ab eodem Haidelberge. Novit Tractatum hunc Trithemius, qui inter illustres Viros Germ. fol. 39. Autorem plurimum commendat, et a. 1430. claruisse tradit.*

II. fol. 10. *Brevis Expositio Orationis Dominicae, quae incipit: Pater noster. Excelsus in creatione, suavis in amore, diues in hereditate. Qui es in celis &c.*

III. fol. 11. p. 2. *Honorii III. Pont. Confirmatio Ordinis FF. Minor. jam ab Innocentio III. approbati Data Laterani III. kl. decembris pontificatus An. VIII<sup>o</sup>. Incipit: Solet annuere sedes apostolica &c. et habetur in Cberubini Bullario Magno T. I. p. 66.*

IV. Fol. 14. *Incipiunt interrogationes que de scripturis sanctis et canonibus sacris in foro penitentie ad utilitatem confitentium fieri possunt &c. Pervadunt diversas Hominum conditiones incipiendo ab Episcopis, de quibus ita: Si Episcopus non est Baptisatus irregularis est et debet Baptisari et iterum gradatim ordinari &c. et desinunt in Examine de diversis speciebus Peccatorum et ratione injungendi Poenitentias. Opusculum ad fine Confessionalibus Antonini Flor. Barth. de Chaymis, Andreae Hisp. &c. habetur etiam Cod. DCLXXXI.*

V. fol. 26. *Joh. Gersonis Tractatus IV. Primus subscribitur: Explicit Tractatus de Arte audiendi confessiones d. Gerson viri utique celeberrimi. Extat Opp. T. II. col. 446. Secundus inscribitur: Tractatus cujusdam cujus supra*

2613

C A S U I S T I C I.

2614

*pra de Remediis contra reciduum peccandi dandis a Confessoribus.* Extat *Opp. T. II. col. 457.* Tertius: *Traſtatus de paruulis ad chriſtum trabendis.* Initium: *Sinite Paruulos uenire ad me &c. Supremus legiſlator noſter et doſtor chriſtus &c.* Extat *Opp. T. III. P. I. col. 277.* Quartus: *Traſtatus Magiſtri Iohannis Gerſon editus in Concilio Conſtancien. de oracione et valore eius ſub pluribus conſideracionibus &c.* Extat *Opp. T. III. col. 247.* Ad calcem ſubdidit Librarius: *Hic finitur iſte traſtatus qui ſcriptus eſt Baſilee tempore Concilij generalis ibidem celebrati. Anno 1439. et alia manus 1437.* Nec dubito praecedentes etiam eodem loco et tempore deſcriptos fuiſſe, cum idem ſit character. Pluries a nobis relatos *Index* docet.

VI. fol. 74. *Ex collacione domini Cancellarij pariſien. uidelicet, proſperum iter faciet nobis deus. In Concilio Conſtancien. facta de poteſtate Conciliorum in eodem Concilio decretata.* Sermonem ipſum, qui habetur *Opp. T. II. col. 273.* indicavi pluries. Hic XII. ex eo *Leges* repraeſentantur.

VII. fol. 78. *Magiſter Iohannes Gerſon Cancellarius Pariſien. in ſermone. Obſecro uos tanquam aduenas &c. in Concilio Conſtancien.* Excerpta e *Sermone*, quem ſaepe exhibui.

VIII. fol. 81. Bini Ejuſdem *Traſtatus.* Prior inſcriptus *de Confessione et Confessoribus*, incipit: *Quisquis a morte peccati ad ſalutem et gratie ſtatum uellet reſur-*

*gere &c.* Non inuenio *Traſtatum* hunc in *Edit. Opp. omn. dicta Antuerpienſi*; agit uero primo de examinanda Conſcientia circa 7. Peccata dicta Capitalia, dein ſubjungit Notanda quaedam ad rite peragendam Confessionem, Formam demum Abſolutionis addit. Alter absque Titulo priori connexus Methodum Infirmos ad mortem praeparandi continet, hoc initio: *Si ueraces fidelesque Amici cuiuſpiam egroti curam diligencius agant pro ipſius uita corporali &c.* Continet autem, uerba ſunt Autoris, hoc opusculum breues 4<sup>or</sup> particulas ſcilicet *exhortaciones interrogaciones oraciones et obſeruaciones.* Ad Gerſonem referre, licet in *Edit. mox cit.* non reperiam, ſuadent etiam ultima uerba de Aegrotis mature ad noxarum confessionem permouendis: *Sicut in domo dei (Hôtel Dieu) pariſius laudabiliter obſeruat.*

IX. fol. 88. *Traſtatus magiſtri Iohannis Gerſon Cancellarij Pariſien. de preceptis de confessione et ſcientia mortis.* Initium: *Criſtianiſtati ſuus qualiscunq; zelator &c.* Jam ſaepe relat, et *Opp. omn. T. I. col. 425.* obuius.

X. fol. 99. p. 2. absque Titulo Positiones XLI. ſuis rationibus ſultae, quibus in Concilio *Baſileenſi* urgetur: *Eugenio IV.* arrogandum eſſe Pontificatum. Prima: *Sicut poteſtas eccleſiaſtica non datur alicui perſone in fauorem ſui ſed in fauorem eccleſie, Ita et dignitas papalis eſt inſtituta in fauorem eccleſie.* Racio. *Sicut enim de*  
pote-

2615

CODICES

2616

*potestate ecclesiastica scribitur quod data sit ad edificacionem, ita petro dictum est pasce oves meas, pascere autem est ouium utilitas.*

XI. fol. 109. Expositio mystica Vestimentorum Sacerdotalium. Initium ab Hostia: *Hostia habet in se septem, videlicet:*

*Candida triticea tenuis non magna rotunda  
Expers fermenti, non falsa sit hostia christi.*

XII. fol. 110. Sylloge multarum Rerum, quae numero *quaterno* includuntur. Ita: *Quatuor sunt virtutes cardinales. — Quatuor sunt quae prudentia nos edocet. — In quatuor nos fortitudo instruit — &c.* Inter *Thomae Aquin. Opuscula* Edit. Rom. 1570. T. XVII. fol. 135. comparet N<sup>o</sup>. LXXI. sed spurium est, et in *Cod. nostro Capit. 1.* multatum.

XIII. fol. 135. p. 2. Tractatulus de *Potentis Animae* praecedente earundem Schemate. five *Arbore. Quindecim* enumerat *Noster*, easque in *Superiores, Medias et Inferiores* partitur. *Arborem* excipit *Declaratio*, Definitiones videlicet earundem, quas et *Germanice* reddere nititur, et *Officia*.

XIV. fol. 138. p. 2. De *argumentibus et impugnantibus Religiosos*. Initium: *Quidam de ordine clericorum religiosas personas arguunt lacerant atque parvipendunt. In primis ipsis impingendo quod sint transgressores regularum quas sollemniter sunt professe. 2<sup>o</sup>. ipsos iudicando quod incorporantur concilij generalibus et stant in eisdem. 3<sup>o</sup>. quod estimantur aput tales viles infructuosi et abiecti.* Ad haec igitur respondet *Noster*, objectioni

praecipue *tertia* longa occurrens *Religiosorum* enumeratione, qui in vario *Disciplinarum* genere elaborarunt. Hic *Augustinum* jam *monachum* posuerat, sed reposuit *canonicum regularem. Alexandrum* praeterea de *Villa Dei*, quem alii *ordini Minorum* dant, *Canonicis* mox dictis adscribit, atque in illius *Doctrinale* pulchre commentatum *Heinricum monachum Cartbusiensem*, quem in *Theod. Petreji Bibl.* non invenio. Notandum denique, quod ait: *In rethorica (Poetica?) nonne Alanus (ab Insulis) pulcherrime laborat. Docent hoc libri Anticlaudianus de planctu nature et de vetula cum reliquis opusculis.* *Librorum III. de Vetula Ovidio* ridicule adscriptorum et non semel editorum *Autorem* suspicatur *Fabricius Bibl. lat. L. I. c. 15.* *Pampbilum* quendam *Maurilianum*, in *Leonem* quendam *Protonotarium Bizant.* qui eis praefatus est, inclinat *Polyc. Leyserus Hist. Poet. med. aevi p. 2089.* hunc tamen *Leonem* fictum nomen esse *Goldastus* existimat in *Catalect. Ovid. Alani*, quod sciam, nemo meminit. En igitur, quod discas ex *Apologia nostra*, cujus generis multa nimium facile *Hodierni* quidam

dam in vicum vendentem tus et odores amandant, non levi certe literariae Historiae jaetura.

XV. fol. 142. Scriptum *Alme uniuersitatis Studij Wiennen*. Feruentibus inter *Eugenium Pont.* et *Patres Basileenses* diffidiis visum erat *Germaniae Principibus* aliquamdiu sententiam inter utrosque suspendere, atque in hujus propositi consortium *Archiepiscopum* etiam *Salisburg.* qui tunc erat *Johannes II.* invitare. Vertit is se ad *Viennensis Academiae* consilia. En igitur ejus mentem et Responsum, quo *Archiepiscopo* nequaquam a *Concilii* partibus discedendum censet. Initium: *Circa materiam unionis quam inierant Reverendissimi patres et illustrissimi principes sacri Romani Imperii electores ut dicitur una cum alijs principibus et prelati occasione cuiusdam neutralitatis seruande pro bono pacis procurande inter sacrum concilium et dominum olim dictum Eugenium &c.* Nota olim dictum. Itaque *Concilii* autoritas toto scripto fortiter propugnatur, et inter alia ad objectum *Juliani Card. S. Angeli* a *Concilio* ad *Eugenium* et *Florentiam* transgressi exemplum ita respondetur: *Fateor, quod pater legatus dominus Julianus in Basilea existens homo et vir optimus erat nec aliquis ibidem tunc sibi similis videbatur eciam licet in argumento dicatur Cardinalis sancti Angeli vulgariter nuncupatus, forcius tamen esset argumentum, si angelus de celo foret et sic egisset, sed nec sic in hoc negotio imitandus esset quia autoritas sacri Con-*  
 Denis Codd. Theol. V. I. P. III.

*cilij ewangelice Veritati ut immobili fundamento innititur, sed nec angelo de celo contra ewangelicam veritatem credere debere docet nos apostolus — Sed quis nesciat eciam dominum Julianum cardinalem sancti Angeli non angelum sed purum hominem esse &c.* Scriptum istud non ante finem anni 1439. exaratum fuisse, inde liquet, quod *Autor Albertum II. Imp. diue memorie* adpellet. Quis vero is fuerit, liquet e clausula: *Et sic est finis determinationis seu consilij uniuersitatis Wiennen. quam uel quod dederunt metropolitano suo Archiepiscopo Salczeburgen.* Et licet multa fuissent hincinde per doctores collecta consilia presertim doctorum facultatis theologicæ, magis tamen inter cetera placuit hoc in materia et forma que erat collecta per sollemnissimum sacre pagine doctorem magistrum *Narcissum Hercz de perching &c.* de quo *Viro* aliquid *Cod. CCCLXVI.* Agitur de presenti negotio in *Seb. Mitterndorferi Consp. Hist. Univ. Vien.* ad an. 1439. — 41. referturque, improbatam ab *Uniuersitate* fuisse *Neutralitatem* illam; non tamen additur, *Theologos* saltem pro *Concilio* contra *Eugenium* stetitisse.

XVI. fol. 151. Alia ejusdem *Uniuersitatis* in eadem materia *Consultatio*, quae inscribitur: *Super consultacione Reverendissimi in christo p. et d. d. F. (Friderici, qui Johanni 1441. defuncto successerat) Archiepiscopi Salczeburgen. nec non Apostolice Sedis legati deliberacio et consilium Studij incliti Wyennen.* Initium: *Vide-*  
 tur

tur uniuersitati nostre wiennen. ex hijs que in facto verisimiliora bucusque audivit et in Iure noscere potuit, Concilium Basilien. nondum esse dissolutum &c. In eandem cum praecedente sententiam, non tamen expresso Autoris nomine, qui concludit: *Ideo omnino videtur, quod difficultates ecclesie tolli non possint ad presens nisi in sacro Basilien. Concilio, cum nec ipsum transferri possit eo nolente, nec aliud queat institui eo existente.* Utrumque Scriptum Mitterndorfero defuisse videtur.

XVII. fol. 154. Tractatus de Emtione, Venditione et usuris initio truncatus et ab his verbis incipiens: *usus ex hoc ipso conceditur res et propter hoc in talibus per mutuum transfertur dominium &c.* Ultima sunt: *Item fraus et dolus nulli patrocinari debent.* Casuum resolutione pro foro Conscientiae potissimum constat.

XVIII. fol. 160. p. 2. De modo predicandi et Colligendi. Initium: *Volens colligere sermones collationes aut tractatus potest obseruare subscriptos speciales octo modos. Primus est dictus diffinicio &c.* Adjumentum istud satis tenue ad calcem descriptum dicitur: *Coloniae ex libraria minorum.*

## DCLXXXIV.

482 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. 365. 4. currenti varioque calamo conscriptus Sequentia complectitur: I. Tractatum breuem de Consanguinitate, Affinitate et cognatione Spi-

rituali, hoc initio: *Videndum est de Consanguinitate de qua libro 4<sup>o</sup> decretalium capitulo 14. et primo quid linea deim quid gradus &c.* Autor tacetur.

II. fol. 9. *Vtrum omnis veritas sit paria auctoritatis cum qualibet.* Responsum: *Videtur quod sic. nam omnis veritas, in quantum huiusmodi, est verum dictum &c.* Ad Job. Wicleffum pertinere hoc Excerptum docet *ενρυγαφη: W. de veritate c. 14.* sed non continetur in Tractatu ejus Theologico de *Veritate S. Scripturae*, neque in *Speculo milit. Ecclesiae*, in quo *Veritas et Mendacium* colloquantur; itaque ad Tract. logicum de *Veritate et Mendacio*, quem Baleus et Tannerus citant, referri debebit.

III. fol. 11. Loci Theologici in Alphabetum digesti, quorum primus *Absolutio*, hoc initio: *Dominus noster ihesus christus dixit beato petro &c.* Ultimus *zelus. zelum bonum inflammet caritas &c.* Omnia ad Scholam Wicleffi adcommoda, cujus Opera saepius citantur.

IV. fol. 63. Alii Loci Theologici, imprimis Pontificum Rom. *Avr. deo* cum Deo, Praeceptis divinis, et Christo, dein multa de Ecclesia et Sacramentis. Omnia ita in chartam coniecta, ut inde aut Sermonibus ad Populum, aut Disputationibus scholasticis, aut conscribendis etiam Libris servire potuerint. Penus fortasse ipse *Hussi*, aut *Hieronymi Prag.* aut *Petri Anglici*, aut *Jacobelli*, si manus adgnosci quiret.

V.